

nifestè obtundant; & intra corpora nostra sumptu Stranguriæ acrimoniam mirè tollant: Ideoque; in Febre Hætica, & exindè orta Atrophia, ubi massa sanguinis succo alibili, blando, subdulci, & oleoso privata aescit, fervet, & nutritionis penum nimis parcum, aut depravatum suppeditat, apprimè reperitur utile: & asfumatur bis in die.

Fuscum Phtisicum.

℞. Conf. Ros. rub. ʒiv. Rad. Symph. maj. ʒij. Raf. C.C. ʒj. Capil. Ven. M.j. Pulmonar. macul. M. ij. Plantag. M. fs. Paflul. maj. ʒij. Dactyl. N. iv. Coq. cum Pullo Gallinaceo & Frustulo Colli Vervec. & Micae Panis albi ʒij. in Aq. q.s.

Post coctionem, colaturam, & pinguedinis ablationem, sumatur scutellum bis terve in die.

Lapis Alexiterius.

℞. Succini, Coral. rub. ᷄ ʒfs. Antimon. dia-phor. Rad. Contray. Ocul. Cancr. ᷄ ʒj. Chel. Cancr. ᷄ fs. f. Pulv. super Porphyritim lœvigandus, qui Gelatinâ C. C. exceptus form. in Globulos. Addi possunt Amb. grif. gr. xij.

Lavamentum Hydropicum.

℞. Sp. Vini rectif. ʒij. Sp. Lavend. ʒj. Pil. Coch. maj. ʒfs. Opii crudi ʒij. m. pro Lavamento.

Per se usurpari potest; vel (quod melius) misceatur cum æquali quantitate Ol. FI. Sambuci per Infus.

Efficax habetur Remedium contra Tumores Aquosos; Abdomen puerorum tumidum; & Pedes Hydropticæ tumefactos; si benè inungantur Partes, coram igne luculento, bis in die. Neque ullum erit Grangrænae periculum ex hu-jus usu; quoniam (ob particulas spirituosas) calorem nativum sovet; Poros partium aperit;

&

& Lympham viscosam stagnanteaque aut expirare facit ; aut circulant fanguini restituit. Ita Communicator.

Laudanum Hystericum.

R. Laud. Lond. Asæ fæt. à gr. ij. Ol. Succini gut. j. m. f. Pilulæ ij.

Linimentum Aluminosum.

R. Alum. crudi, & usci pulv. à 3ij. Boli, Ter. Japon. à 3j. Ol. Saffaph. gut. vj. Mel. Ros. q. f. m.

Ad Gingivas Scorbuticæ affectas, putridas, fungosas, flaccidas, cruentas, minusque, dentibus adhaerentes.

Linim. de Bryonia.

R. Succi Rad. Bryon. albae fib. Ol. Oliv. fibs. Salis 3ij. Mercur. crudi 3ij. bulliant ad succorum consumptionem : postea col. & separetur Oleum à Mercurio , eo inungatur pars affecta ineunte somno, supposita lana succida.

Ad strumas resolvendas, & minuendas.

Linimentum Cephalicum.

R. Ol. Nuc. Mosc. expresl. & Ol. Pâlm. à 3ifs. Ol. Garyoph. Rorismar. Salv. à 3j. m.

Ad Capitis debilitatem, dolorem, hebetudinem, Affectus frigidos, pituitosos, & Catarrhofos. Utrum verò externè applicata Cerebrum ipsum afficiant nec nè, equidem dubito : Illud enim intra Cranium (quasi pixidem osseam) adeò securè & strictim includitur, ut cum Pericranio vix ullam habere communicationem suspicer : Utut verò ista res se habuerit, multi tamen possunt esse Pericranii primariò affecti causas, qui externorum usum permittunt, & postulant ; Atque licet materia Catarrhi non defluat e Cerebro, nihilominus Defluxionum origo fe-

re à Sincipite, & è summo Vertice ducitur, in quo humor extra Calvariam, & subter Cutim, congeri solet, qui per Pericranium in adhærentem membranam destillat; ac demum in Oculos, Aures, Maxillas, Cervicem, Dentes, Uvulam, &c. irruit.

Nil mirum verò tenues hosce Humores ita descendere posse; cùm Sanguini etiam ipsi (quando ob contusionem, & vasorum rupturam ibi iussunditur) meatus sat faciles patent. Ita enim Meekren (in Epist. ad Barbette.) In aperto Crano P. Jacobi, sententiam Tulpiae veram invenit; In Vulneribus nempè Capitis, Sanguinem, per Aures copiosè fæpius effluentem, à superiori Capitis parte sensim intra Cranium & Pericranium descendere; sive simul spatiū quod est inter Os Parietale & Petrosum intrare: indē ulterius transcolari (quali per cribrum) in meatum auditorium.

Linim. ad Contracturas.

R. Medullæ crur. Cerv. depur. Adipis Caninæ, Ol. è ped. Bov. Ol. Lumbricor. à ȝls. Sperm. Ceti ȝij. Ol. Anisi gut. xvij. m.

Quando Tendines, aut Membranæ sunt contractæ, rigidæ, inobedientes & nodosæ, leves hiujus Linimenti particulæ fibrillas arefactas humectant, lubricant, relaxant, & extensibiles de-nuo reddunt: eundem juxta modum ac vide-mus Corium exsiccatum, induratum, & contractum, oleorum embrocatione in mollitiem, flexibilitatem, & expansibilitatem debitam rur-sus restitutum.

Linimentum Frontale.

Ung. de Alabastro ȝij. Ol. Ros. ȝvj. Opii gr. ȝvj. Camph. gr. viij. Ol. Nuc. Mosc. gut. iv. m.
fron-

Fronti & Temporibus adhibeatur, ad Somnum conciliandum, & Cephalalgiam demulcendam. Locum habet verò, non quando causa est in Cerebro ipso, sed in partibus duntaxat Extensis : atque de eo certi sumus, si Frons multum caleat, & Dolor sit pulsatilis.

Linim. Hæmorrhoidalq.

R. Ung. Popul. 3ij. Ol. Ovor. 3vj. Sacch. Satur. ni 9ij. Opii. gr. viij. Ol. Succini gut. xvij. m.

Hæmorrhoides cæcae sunt propter mucosam, crassam materiam, stagnantem, vasa obstruentem, & circulationem prohibentem, exindeque necessariò Tumorem, Tensionem, Inflammationem, & Dolorem, excitantem. Atque hoc Linimentum ideo multum prodest, quod attenuat, discutit, dolorem sopit, inflammationem fedat, & vasa varicosa ad justum tenorem contrahendo reducit.

Linimentum Joëlis.

R. Æruginis 3j. Mellis Ros. 3j. Aceti 3fs. ad Aceti conlumptionem coquuntur, usque per se refrigeratis admisceantur pul. Aluminis iiiiij. Mastic. Thur. Myrr. 1 Dij. m.

Ad Gingivas ulcerosas, & putridas, post lotionem cum Gargarilino (e fortioribus, & putredini resistentibus parato) petia huic infinita partibus aliquoties applicetur.

Linimentum Laterale.

R. Ung. Dialth. 3vj. Ol. Lil. Ol. de Laterib. 3ij. Camph. 3fs. m.

Lævigat, lubricat, & in ordinem componit fibrillas, quæ (ob spasmos dolorificos) tensas, rigidas, & confusa serie corrugatas se habentes, canaliculos internos torquendo depravant, & spiracula cutanea stringendo obserant. Dein por-

L I

204
 porrò, liquat, exagitat, & discutit lympham gelatinosam, minutilos partium transitus obstopantem, Cruoris itinera præpedientem, & inflammationem inducentem. Atque his modis, cùm poros aperit, circulationem restituit, inflammationem tollit, & dolorem sedat, summe conducat necesse est in cruciatibus lateralibus, quandò Musculi præsertim, & partes externæ afficiuntur. In Vera autem, interna, membranosa Pleuritide, & Peripneumonia, nunquam vel minimum quidem opis attulisse adhuc memini; neque eò usque pertingere posse verisimile est. Pannus Wallicus hoc calido imbutus super locum dolentem applicetur; & illinitio bis in die repetatur.

Antequām Linimentis aut Imunctionibus utemur, conduceat sovere partem spongiam Decoctis attenuantibus & discutientibus imbutā; ut & Imunctiones altius penetrant; & materia ab actuall & potentiali calore attenuata, aut per se dissipari possit; aut medicamentis ē corpore educatur.

Linimentum Paralyticum.

Ung. Martiatij 3ij. Petrol. Ol. Spicæ à 3iiij.
 Pul. Euphorb. 3j. Ol. Succini 3ijs. Ol. Rorismar.
 3ijs. m.

Membrum resolutum hoc Linimento fortiter affricetur bis terve quotidie; ad Nervos sc. succo viscidō obstructos deobstruendos; & Spirituum irradiationem redintegrandam; ad Fibras, Jaxē conniventēs, in ordinem vindicandas; & tensionem ritē tonicam iis conciliandam; atque ad Sanguinis cursum per partem promovendum; & Calorem naturalem resuscitandum. Summe notandum vero, aliquando usū venire, partem Paralyticę affectam, ab intensē nimis calidis, ri-

gidam contracturam, cum maximo ægrotantis
damno, pati: Idque tunc præsertim evenire
duxi, cùm temperamentum adest calidum; &
Resolutionis causa non in parte Resoluta ipsa,
sed in Cerebro, aut Membro longè diffuso sub-
sistit; undē pars satis ex se sana, & ritè confor-
mata, solummodo per Eclypseos modum pati-
tur. In isto enim casu, si immoderata, & ultra
quām partis tempesties ferre potest, adhibeantur
Calentia, & exficcantia, Fibras motrices torren-
do, siccando, & contrahendo, Spiritusque in-
sistos dissipando, noxam illis ægrè curabilem in-
ferre queant; ad Motum quippe illæ omnino
sunt ineptæ, nisi molles, flexiles, humidæ, &
lubricæ perstent.

Linim. Spinale.

R. Urinæ sanæ, Vini Moscatel. Ol. è Ped.
Bov. ȝ ȝ ij. Sperm. Ceti ȝ ij. Mac. ȝ j. Coq. ad ȝ iv.
& col.

Ad Rachitidem quidam hoc habuit pro Secre-
to, quo Spinam Dorsi, à Nucha primū ordien-
do, atque deinceps successivè descendendo, con-
fricare solebat. Quoniam hic morbus à Medul-
lae Spinalis obstructione & debilitate oritur, Un-
guenta Corroborantia, & Aperientia, proficua:
sed quoniam Infantes solummodo tenellos, &
carne flaccida donatos, invadere solet; non im-
pensè calida in usum duci debent.

Linimentum Volatile.

R. Ol. Amygd. dulc. ȝ j. Spir. Sal. Armon. q. f.
ad consistentiam continuâ agitatione in mortario
marmoreo perfectè uniantur.

Mirè penetrat; & valet ad frigus, laxitatem,
obstructionem, & dolores partium nervosarum.

Linnea Somnifera.

R. Opii 3j. Dissol. in Aq. font. lib. ss. Huic Linnea mollia intinge, & sicca, ad tertiam vicem.

Deinde R. Aq. Regin. Hungar. 3ij. Spir. Lavend. comp. 3i. Ol. Nuc. Mosc. Garyoph. a gut. xvij. Ol. Rhod. gut. ij. m. & huic intinge eadem Linnea, & sicca.

Fronti Linneum alligetur: & si Somnus iusto longior acciderit; Frons lavetur cum Aceto, vel Spiritu Sal. Armon.

Litus ad Apthas.

R. Sperm. Ceti 3ij. Ol. Nuc. Mosc. expr. 3j. Butyri recent. sine fale 3ss. Vitel. Ov. No. j. Creatre albæ lotæ 3j. Mel. Ros. q. s. m. f. Litus.

Litus Facialis.

R. Fell. Bov. No. iii. Sp. Vin. recf. lib. jj. Extrah. Tinct. quæ ad Mellis consistit. exhal. Tum dissolue totum Extractum in Succi Limon. 3ij. Adde Mercur. dulc. pul. 3jj. Sal. Vitrioli 3ij. Borac. Ven. 3j. Facul. Ari. 3ifs. Digere ad Solem 4. dics; f. col. quæ exhalet ad Mellis consistentiam.

Ad Maculas Ephelides, Lentiginem, Ruborem, Pustulas, Guttam Rosaceam, & Faciei quæcumque detur pamina, illumnatur parti ter in die.

Litus Infantum.

R. Aq. Rosar. Damasc. 3ij. Vitel. Ov. No. j. Sacch. alb. cribellati q. s. m.

Ad Oris erosiones, & Apthas.

Litus de Lacca.

R. Pul. Gum. Laccæ 3ifs. Boli Arm. 3j. Alum. crudì, & usci a gr. xv. Aq. Regi. Hungar. 3ifs. Tinct. Benzö. 3ls. Mel. Ros. col. q. s. m.

Ad Dentes coriosas, & Gingivas purulentas.

Li-

L I L O

207

Lixiv. de Calce.

R. Ciner. Absint. 3xij. Aq. Calc. Vin. alb. a libv.
Infunde levi calore xij. horas, & liquor saepè
per pannum Wallicum transcolando depuretur.

Sanguinem Sale muriatico abundantem corri-
git : & Diuresin promovet. Valet ad Hydro-
pem, & praesertim in Phthisi, ubi pedes tument.

Lixivii Hydropici libv.

R. Ciner. Geniftæ, & Cort. Fabar. a 3ij. Suc-
ci Petrosel. 3iv. Vini albi libv. f. Lixiv. Col. adde
Sal. Tart. 3j. Lig. Sallfr. 3j. Bac. Lauri, Junip.
Sem. Dauci Sylv. Sinap. Cymini, & Anisi con-
tus. a 3fs. Infunde frigidè 2. dies. Col. adde Aq.
Raph. comp. 3iv. m.

Ebibantur 3iv. bis in die, singulis Dosibus ad-
dendo Spir. Cochl. gut. xxx.

Loboch. de Allio 3ij.

R. Lohoch san. 3is. Allii cond. (secundum
Pharm. Bat.) 3is. Gum. Ammon. (Vino albo fo-
luti. & col.) 3j. Pul. Ari comp. & Myrrhae a 3is.
m.

Materiam crassam, Bronchiorum tubis, quin-
imò & Tracheæ vesiculis ultimis impactam, po-
tenter incidit ; illamque dein, Fibras motrices
pungendo, (Tussimque provocando) fortiter
exterminat. Allium enim particulis acribus, vo-
latilibus, tam mirè penetrantibus, omnia perva-
dentibus, & stimulantibus donatur, ut ejus odo-
rem (inquit Bonnet) exhalando Fonticulos per-
vadere, & eorum labra incidendo vellicare,
comperiamus. Et (observante Lowero) si Em-
plastra ex Allio contuso Pedum plantis applicen-
tur, Oris halitus Allium spirabit. Hoc verò re-
medium minimè convenit, ubi datur Catarrhus
tenuis acris ; Sputum cruentum ; Constitutio

calida; Sanguinisve aut Præcordiorum aestua-
tio.

Loboch Anginosum.

R. Alb. Canis subtiliter pulv. & creti 3j. Mell.
liqu. col. 3ij. vel q. f. Spir. Sal. Armon. q. f. ad aco-
rem intensum. m. & quoties acor. iste exhalando
perierit, addatur denud Spiritus.

Loboch Apopblegmatici 3iv.

R. Syr. Hyslopi 3ijs. Ol. Amygd. dulc. 3j. Ol.
Anisi gut. ij. Tinct. Myrrhae 3j. Pul. Rad. Ireos
Florent. 3iv. Flor. Benzo. 3fs. Pul. Nicotiana gr.
iv. Spir. Sal. Armon. gut. xvij. m.

Partes pungendo, Salivam limpidam allicen-
do, Pituitam crassam incidendo, Glandulas exo-
nerando, & vias lubricando, Phlegma viscidum
è Gula educit; atque usui est, quandocunque
Uvula, Parotides, & Gulæ partes internæ tu-
ment; Saburra mucosa aggravantur; & quando
screatus fuerit provocandus; & Tussis deficiens
arte revocanda.

Loboch Asthmatici 3ivfs.

R. Syr. Hed. terr. De Praffio à 3ifs. Oxym.
simpl. 3j. Pul. Ari comp. Rad. Ireos, Gum. Am-
mon. (Aq. Cinnam. sol. & col.) à 3j. Elix. Propr.
cum Ol. Sulph. parati) 3fs. Flor. Benzo gr. xij. m.

Viribus insignitur iisdem ac illud de Allio;
nempè potenter incidit; Tussim provocat; & ex-
pectorat: hoc verò obtinet privilegii, quòd San-
guis maslam non exacuat, aut accendat atque id
propter crasi calidæ confitutis, & actu febricitan-
tibus (uti sunt Asthmatici) magis est idoneum.

Loboch Balsamici 3ij.

R. Balf. Tolut. (pulv. & solut. in Vitello Ovi
3fs. Lohoch. san. 3j. Balf. Peruv. gut. iv. Syr. Tu-
filag. q. f. ne.

In-

Intégré possidet omnes illas dotes, quæ de Ele-
ctuario Balsamico suprà memorantur; hoc ta-
men cum auctuario, quod quoniam palato longé
magis gratificatur, delicatulis, naufragiis, &
Copiai amarorem horrentibus, commodius of-
fertur.

Lohoch Bechicum.

R. Troch. Bech. nig. pulv. & cibrat. 3ij. Lo-
hoch. san. 3is. Syr. Jujub. q. f. m.

Acorem obtundit; irritationem sedat; obli-
nit, lubricat, incrassat, & maturat. Tunc præ-
fertim ex usu est, cum Serum acre, & tenue,
e glandulis extillans, Laryngem continuò titil-
lat, & Tussi perpetui recurrenti crudeliter fa-
tigat.

Lohoch Commune.

R. Troch. Bech. alb. pul. 3ij. Ol. Amygd. dulc.
Syr. de Alth. a 3is. m.

Partes Gulae, astuantes, torrefactas, & aspe-
ras, magis refrigerat, humectat, & lubricat,
quam superius illud Bechicum: momento mi-
nus autem oblinit, incrassat, & maturat. Febri-
citantibus, Gulæ asperitate, deglutiendi diffi-
culty, aut Raucedine affectis; item Tussi, à
materia medio modo inter crassam & tenuem
constituta, vexatis, utilissime præscribitur.

Lohoch Enulati 3iv.

R. Pul. Rad. Enulae. Iros Florent. Glycyrrh.
Terra Japon. a 5ij. Ol. Anisi gut. ij. Syr. de Me-
con. 3ij. vel. q. f. m.

Mixto modo operatur; sc. primo materiam in
Gula agrestam attenuat, & educit; deinde irri-
tationem sedat, ulterioremente feri acris extilla-
tionem refrænat; atque tunc præcipue indica-
tur, quando materia Catarrhalis lente defluit;

& aggeſtionis, potius quam acoris, ratione, Tuſlim excitat: qualis eſt iſta Tuſlis, quæ manē potiſſimū repetere ſolet; & faburrā aggrava‐te plenariē evaſuatā, per totum diem inducias concedit; nequē multūm inde amplius antē fatigat, quam nova colluvies ad turgescentiam deponita eam denuō reuſcitet.

Loboch Haly 3ij.

R. Pul. Haly recent. parati 3ſs. Diacodii q. f. m.

Potentiſſimē incrassat, Acorem obtundit, partes demulceret, & titillantem Tuſlim fedat; atque ita Catarrho tenui praeſe appropriatur. Phthifi‐cis quidem conſert, non diſſitear; illud verò fe‐cundariō tantūm, quatenus nempe Tuſlim gut‐turalem placat, quæ continuā ſuccuſſatione Pul‐mones aliā exagitare, & (antliæ in modum) ferum acre in eos attrahere ſolet; non verò pri‐mariō Pulmones afficit, in quos deſcendere ne‐quit. Aspera enim Arteria, quādam Naturæ pro‐videntiā, nervea membrana tam exquisiti ſeſſus intus cooperitur, ut nihil omnino (præter aē‐rem) ne guttulam quidem aquæ limpidae, ne‐dum vel Salivæ iſpius (quamvis congeneris adeo liquoris) abſque gravi moleſtia, & reni‐tentia, admittere poſſit; eamque ſtatiuſ totis vi‐ribus, & strangulatoriis nixibus, rejicere con‐etur. Ratum ergo habeatur, quod nullum Ecleg‐ma, nequē quicquam aliud medicamenti (præ‐ter Vapores, & Suffitus) in Pulmones direc‐tē & immediatē convehatur: & quocunq; re‐medium eos maximē afficit (uti Balsamica, & Volatilia) mediatē ſolūm, & per Sanguinis cur‐riculum (neque Natura aliam novit viam) in Ductus Tracheales ſuffundatur.

Lg.

Loboch Hæmopticum.

R. Aq. Ros. Damasc. Aceti acidissimi 5 ſz. Al-
bum. Ovor. conquaſſat. N. ij. Syr. Boy. 3j. Inter
comiſſendum in mortario, ſenſim adde pulv.
Amyli q. f. ad coaſtient. debitam. m.

Loboch Japonicum.

R. Pul. Ter. Japon. 5ij. Album. Ovi conquaſſ.
3vj. Syr. de Syriph. q. f. m.

Optime meretur aduersus Hæmoptoen; San-
guinem enim refrigerat, & incrassat: Tuffim
catarrhalem, Pulmones lacerantem, fistit; vaſo-
rumque ora rupta, & dehifcentia, claudit, &
obſignat.

Loboch Incrastans.

R. Pul. R. ad. Alth. 3ij. Flor. Sulph. 3j. Gum.
Arab. pul. 2ij. Alb. Ovi conquaſſ. 3j. Syr. Alth.
q. f. m.

Egregie prodest in omnibus Defluxionibus
calidis, te ruibus, aeribus, & fatis, in Atpe-
ram Arteriam, ſuffulſis, & continuā tuſli intom-
nium creaſtibus.

Loboch Levigans.

R. Sy r. Alth. Alb. Ovi conquaſſ. 5 ſz. Sacch.
penid. 3 ſ. m.

Febre citantibus, contra Linguae, Faſcium,
& Gutt uris æſtum, ficeitatem, ſcabritiem, ri-
rigiditatem excoriationem, & dolorem, à Sal-
væ, vel deficientis, vel depravatae, culpa ortas,
folatio eft insigni, & adjumento.

Loboch de Lino.

R. Ol. Lini recens. expref. Pul. Sacch. candi
albi, Syn. è ſucco Hed. terr. 5 ſz. Pul. Ircos Flo-
rent. 3j. Flor. Sulph. 3 ſz. Tinct. Gum. Ammon.
gut. 2ij. Ol. Anisigut. iv. Sal. C. C. volat gr. vj. m.

Pneumma craſsum incidit; Expectorat: & op-

212 L O
timè infervit adversùs Pleuritidem , & Orthop-
neciam.

Lohoch Lucatelli.

R. Conf. Ros. rub. 3ij. Conf. Fruet. Cynosb. 3j.
Palf. Lucatell. 3ij. Syr. è Symp. q. f. m.

Quamvis Eclegmatum defcentium immedia-
tum in Pulmones suprà pernegaverim ; eorum
tamen in eos (mediante sanguine) admissionem
animitus altruxi : hicque jam subiecte libet,
omnia vera Pulmonica ex ejusmodi particulis
confare, quæ in cruentem suffusæ , à massa san-
guinea subigi , & assimilari nequeunt ; & quia
non miscibiles sunt , denuò statim exterminatæ
ex Arteriis Pneumonicis , in Ductus Tracheales
penetrant ; ibique variè , pro varia quâ pollent
indole , operationes edunt : ita Volatilia inci-
idunt , aperiunt , stimulant ; & Balsamica Tuber-
cula discutiunt , & distentiones rupturafque fa-
nent. Sed speciatim , ut de hujus Balsamici Lin-
& tū virtutibus breviter dicam ; Tussim guttu-
ralem , Pulmones exagitantem , & lacerantem ,
sistit ; Vesiculasque Tracheales tumidas , tensas ,
& laesas , detergit , & sanat .

Lohoch Mucilaginosum.

R. Sem. Pfylli , Cydon. à 3ifs. Decoq. in Aq.
Ros. q. f. ad Mucilaginis extractionem ; col. 3iv.
adde Alb. Ov. conquass. N°. j. Sacch. candi albi
pulv. 3v. m.

Hoc viribus aequat , forsitan & superat , suprà
dictum Lohoch Lævigans .

Lohoch Myrrbisatum.

R. Myrrhæ pulv. 3ij. Croci 3ls. Nuc. Mosc.
3ls. Mellis 3ij. m.

Fido huic Thoracico concessum est ; ut (me-
diante sanguine) ad intima Pulmonum penetra-
lia

lia promptè admittatur; ibique materiam crassam impactam resolvat; putredinosam corrigat; tubulos, & vesiculas detergat; tubercula dissipet; excoriationes, minutissimæ continui solutiones sanet; totos Pulmones balsamo condit: fibrifque tonum roburque impertiat. Phthisicis (ut compendio agam) primo adhuc stadio versantibus optatissimum est, præstantissimumque profecto remedium.

Lohoch Oleosi ſivfs.

R. Ol. Amygd. dulc. Syr. Capill. Vener. a ſiſ. Pule. Sacch. candi albi creti ſiſ. Glycyrrh. ſiſ. m.

Lohoch de Olibano.

R. Pul. Olib. ſiſ. Fl. Balaust. ♂j. Mel. Ros. ſiſ. Sp. Vitrioli q. f. m.

Faucium & Gulæ excoriationibus sanandis commodè infervit.

Lohoch. Peruvianum.

R. Lohoch. fani ſiſ. Balf. Peruv. ſiſ. Vitel. Ov. ſiſ. m.

Lohoch. Pleuriticum.

R. Syr. Papav. errat. Ol. Lin. a ſiſ. Ol. Anisi gut. ij. Sacch. ſiſ. m.

Idoneum est in vera Pleurite, & Peripneumonia, (anhelitus difficultate, & fputo cruento comitata) dolorem lenit, aperit, maturat, vias lubricat, & expectorat.

Lohoch Puerpararum.

R. Sperm. Ceti ſiſ. Puiv. Balf. Tolut. ſiſ. Balf. Peruv. Tinct. Benzo. a ſiſ. Vitel. Ov. N°. j. Sacch. candi albi cribellati ſiſ. Syr. Alb. q. f. m.

Lohoch ad Raucedinem.

R. Sperm. Ceti ſiſ. Sacch. alb. ſiſ. Optimè ſiſ. mul contulis in mortario ſenſim adde Syr. Balf. ſiſ. q. f. m. f. a.

Lohoch Rubrum.

R.. Conf. Fruct. Cynosb. 3 ss. Syr. Bac. Samb.
Ol. Amygd. dulc. a 3 j. m.

Elegantissimum visui, & jucundissimum gustui, hoc Lohoch, Fauces, & Gulam, torrefactas, asperas, rigidas, contractas, ferè combustas, rimis, fissuris, & excoriatione affectas, grato mucore obducit; oleositate leni imbuit; Sapores in ore perceptos odiosos obliterat; Salivæ acrimoniam minuit; Sitim fallit; partes reddit lubricas, & flexiles; Deglutitionemque facilitat. Memini cujusdam Variolis miserè decumbentis, qui avidissimè hunc Linctum devorabat; tamque ardenter illi inhiabat, ut sine suo Aureo remedio (quo titulo illum honestabat) se viveare non posse, clamanter sèpè & urgenter profiteretur. Novi etiam Infantulam unum annum natam, tussi violentissimâ ad internectionem ferè conflictantem, hoc unico Linctu citò & perfette curatam.

Lohoch de Spermate Ceti 3 iv.

R.. Troch. Bech. alb. Sperm. Ceti a 3 ss. Ol. Amygd. dulc. Syr. Balsam. a 3 ss. Conf. Fruct. Cynosb. 3 vj. m.

Felici cum successu exhibetur ad Tussim Catarrhalem férinam, quæ acerbam Pectoris tenuitudinem & excoriationem induxit. Acorem namque obtundit; partes lubricat; & mirificè sanat.

Lohoch Stypticum.

R.. Syr. de Symph. Ol. Lini a 3 j. Croc. Mart. astrig. 3 iv. Sacch. Saturni 3 j. Sacch. candi albi pul. 3 ss. m.

Ad Vomitum Sanguinis, Sputumque cruentum apprimè utile. Cautiones vero circa Afrinogen-

gentium usum in Hemoptysi vide sub titulo Infus. Ros. Comp.

Loboch Viride.

R. Sapon. Ven. raf. 3ij. Ol. Amygd. dulc. Syr. Viol. a 3j.m.

Laryngem irritando, Tussim provocat; & (ultra omnia ferè quibus ditatur Respublica Medica) vias lubricat; & Excretionem facilē, promptam, & expeditam, reddit.

Loboch Vitellinum.

R. Sperm. Ceti 3ijls. Subigatur in mortario cum Vitel. Ov. N. j. & adde f. a. Ol. Amygd. dulc. Syr. Alth. a 3j.m.

Usui est contra Oris & Linguæ astum, siccitatem, erosionem, fissuras: item contra Tussim catarrhalem, & Raucedinem, cum fructu præscribitur.

Atque hic, ad calcem Eclegmatum. Notiunculas quasdam de Pectoralibus, forsan non omnibus paullim clarè & distincte perspectas, nec Practicantibus omnino obseruatu inutiles, libertissimè subnectam.

Primo Dulcia, Mucilaginosa, Incrastantia, licet Excretionem Pituitæ e Gula ipsa juvare possint; licet etiam Sanguinem molliorem reddant; Humoresque ad Maturationem, & Evacuationem disponere queant; Nil tamen omnino (propriè loquendo), e Thoracis profundo exhauste valent: atque ideo quoties Sanguis est effusus, & in Pulmonibus subsistit faburra crastæ eliminanda; perperam & pessimè præscribuntur: Sanguinem enim mucosò gravi chylo ulterius inquinabunt; Pulmonesque ipfos copiosiori adhuc recrementorum colluvie refercent.

Secundo, Acria stimulantia, quæ in Pulmo-

nes non verè descendunt; sed solummodo Laryngem titillando, pungendo & irritando, Tussim excitant; exindeque Pulmones per consensum exagitando, humores ex iis secundariò excutiunt; haec, inquam, materiam duntaxat fistulis pneumonicis laxè fluitantem exantlant: atque ideo frustrà tentantur, quoties materia copiosa tenax Bronchiis & Vesiculis adest impasta: quinimò & sàpè damnosè usurpantur, quia Pulmones inutiliter fatigant; eorumque tonum necquicquam labefactant.

Tertiò, Nulla dantur (propriè dicta) Expectorantia, præter Volatilia, & Balsamica: atque haec non directè per Tracheam delapsa, sed per Sanguinem circulantem advecta, in Pulmonum vasa, & intimos recessus, suffunduntur; eaque sola penes est Phlegma tenax, & materiam purulentam gypseamque, è Bronchiis, Vesiculis & Tuberculis crudis submoveare, & exterminare: atque ideo ubicunque conjectura Medicus assèquitur, Phthiseos veræ fundamina cuiam jam in Pulmonibus jacta esse: futilibus aliis quibuscunque posthabitis, his primariò & præcipuè insistendum esse usus postylat; atque ille qui secùs fecerit, Experiencia scutica ferò percutietur.

Lotio Aromatica.

R. Sal. Tart. 3ij. Lig. Sassafr. 3ij. Coq. in Aq. font. libv. ad libv. Col. adde Herb. Serpil. Majorana, Rorifilar. Lavend. à M. j. Sem. Sinap. 3is. Mac. Nuc. Mosch. à 3is. Garyoph. 3j. Infunde super ignem duas horas in vase clauso.

Col. calida vel cum panno (aut spongia) Capiti applicetur. Vel per clepsydram, (aut gutturnium) Capiti infilletur, vacuo ventriculo. Et lotione peractâ, pannus Linimento Cephalico

eo illitus, ac Thure accenso fumigatus, Capiti
adhibeatur :

Ad Affectiones Capitis frigidas.

Lotio Camphorata.

R. Camph. incis. ʒij. Teratur in Mortario vi-
treo, sensim affundendo Succi Limon ʒj. Dein
adde Vini albi ℔j. Coletur; & Camphora resi-
dua, petiā ligatā, in vitro suspendatur.

Ad Faciei Maculas, & dehonestamenta dif-
cutienda.

Lotio Cephalica.

R. Fol. Lauri, Herb. Beton. Verbenæ, Ma-
joranæ, Rorismar. Lavend. à M. ij. Coq. in Lixiv.
℔vj. ad ℥vj. sub finem addendo Garyophyl.
Nuc. Mosc. pul. añ ʒij. Col.

Vires petantur & Linimento Cephalico; po-
tentius verò discutit, & per Diaphoresin eva-
cuat. Domina quædam perhonestæ mihi retulit
se tribus suis liberis balbutientibus Lotionem
Cephalicam frequenter adhibuisse; exindeque
factum esse, ut (Vocis Organis; prout visum,
roboratis) inhæsitanter, & rectè, posteà loque-
lam edere potuerint. Spongia huic immersa, &
expressa, Caput rasum calide foveatur, per ho-
ræ quadrantem pro vice, horis matutinis; fri-
goris inde susceptionem diligenter cavendo.

Lotio Facialis.

R. Litharg. Argenti pul. ʒss. Aceti ʒiv. coq. ad
tertias; & in alio vase coq. Alum. & Salis à ʒss.
in Aq. Ros. ℥ss. ad despumationem: dein misce
utrosque liquores:

Maculas dispungit; Fermentum fædum cuta-
neum destruit; Materiam repellit, & intus adi-
git; porosque occludit, ne denuò repullulef-
cat. Facies bis in die lavetur; blandè confrice-
tur; & per se exsiccati sinatur.

La.

Lotio de Cerussa.

R. Cerussæ lbs. Aceti Aq. flor. Samb. añ lbs.
Coq. ad ibij. Per subfid. depur. col.

Hoc Decocto calido pars laretur : vel linteis
duplicatis (aut triplicatis) illi intinctis con-
tegatur.

Egregiè extinguit Inflammationes externas,
Erysipelas, &c. calidasque cutis Eruptiones re-
pellit.

Lotio ad Eruptiones.

R. Vitrioli virid. Anglie. ʒij. Alum. crudi ʒs.
Coq. in Aq. font. ʒxij. ad ʒvij. continuò despu-
mando. Liquor clarus perfectè depuratus in la-
gena vitrea diu potest affervari.

Lotio ad Erysipelas.

R. Spir. Vini lbs. Sacch. Saturni ʒj. m. Exper-
tus laudo.

Lotio Mercurialis.

R. Pul. Mercur. sublim. ʒj. Pone in vase stan-
neo cum Aq. ibij. Stent 24. horas (cum spatula
lignea subinde agitando) donec liquor nigref-
cat, ac ita perficit; tandem coletur per chartam,
ut fiat liquor limpidus.

Mercurius sublimatus probetur, si affricetur
illi Sal Tartari; vel si eidem guttae aliquot Olei
Tartari per deliquium affundantur: tunc enim
Mercurius sublimatus (alias candidus) si est
legitimus, flavus fit; cum contra, si de Arsenico
is participet, fiet nigerrimus.

Medicamentum hoc contra Turpitudinem
quamcumque Cutaneam insigniter juvat; qua-
tenus nempē humores intra porulos, & forami-
nula (ut minutissima) impactos expedit; Salium
& Sulphurum combinationes inveteratas, &
pertinaces, dissolvit; totamque ubi applicatur

cutim, quoad meatus ejus male conformatam, restituit, & *ἐνεργεία* facit: quapropter non tantum ad Faciei maculas abstergendas; sed etiam ad Pustulas, & Ruborem ejus; nec non ad Affectionis Erysipelas, & Puncta in facie nigricantia tollenda, & Animalcula ibi nidulantia necanda, utile est.

Attamen aliquandò male cedit, namque Hydrargyri particulae una cum Salibus (à quibus in minutias dividuntur, acuunturque) Faciei applicatae, materiam indè noxiā, & desideratoriam, poris excutiunt, ac depellunt; eam verò intùs repercutiā infèquentur, & propediem Sanguifi, & Nervis (quorum crasēs laedunt) se facilè insinuant: quinimò horum commeatū, sèpissimè Cerebro, & nonnunquam Præcordiis, Dentibus & Partibus aliis virulentiam suam, non rarò postea in delebilem, imprimunt.

Hoechsteterus Dec. 3. Csl. 4. p. 233. asserit quod Rumlerus Decocto usus Diaphoretico, & Diuretico, ut Mercurium nimis illitum, in cura Luis Venereæ, propulsaret.

R. Rad. Enulæ Camp. ʒij. Rad. Foenic. ʒiſs. Vini ſbijs. Infusa per diem naturalem coq. ad casum tertiae partis. ſbij. col. in partes iv. Bibat partem unam manē, & alteram vesperi; ac fudet, coēpertus; & exibit Sudor citrinus; quā potione utendum, donec talis color non videatur amplius. Quidam Theriaca, ejus loco, utuntur.

Est ubi Mercurius; necēt Sanguinem haud subintret, tamen phlogofin maculosam tumoremque acrem, & periculosum, externe concitat.

Hoc in casu (venæ sectione nequaquam omisâ) foveatur pars Lacte calido. Decocto Gly-

cyt-

cyrrhizæ & Malvæ; & postea sequenti.

R. Aq. Calc. ʒ xiv. Sp. Vini ʒ ij. Troch. alb.
Rhas. ʒ ss. m.

Weperus de Cicuta aq. cap. 20. p. 290. hæc
habet. Memorabile est quod tradit Kunkelius,
nimirūm cuidam tenellæ ætatis contra Pedicu-
los suasum fuit Linimentum.

R. Mercur. dulc. ʒ ij. Mercur. vitæ ʒ j. Ungu.
Pomati ʒ j.

Pharmacopæus imperitus, loco Mercurii dul-
cis, permiscuit Sublimatum : inde Caput valde
intumit cum Inflammatione, ut brevi infanti pe-
reundum fuisset, nisi à Medico intellexisset præ-
sentem antidotum Lixivium fortè esse : quo cum
linteo applicito, brevi convaluit : ita tamen ut
Capilli deciderint.

Lotio Pedalis.

R. Capit. Papav. albi (cum Sem. contuf.) ʒ iv.
Fol. Salicis, Herb. Lactucæ, Malvæ, Viol. an
M. ij. Coq. in Aq. & Lact. an fbv. ad fbvij. Col.
dissol. Nitri ʒ iv. m. In Pelluvias ponatur.

Æger in hac calentissima facta immisis
pedibus sedeat per horam dimidiam ; deinde lectum
petat ; & quieti se componens somnum expectet.

Joël vult, ut post Lotioinem Plantæ pedum
Sale & Aceto simul mixtis asperius confri-
centur ; & Plantæ calido asseri querno applicentur ;
mirifice enim, eâ ratione, fluentes ex Cerebro
humores deorsum evelluntur.

In Febribus plurimum aestuosis, quandò San-
guis acer, servidus, & ebulliens, impetu facto,
Cerebrum tumultuarie petit ; & Spiritus accen-
dit, inquæ Distractiones, & Furias agit ; unde
Capitis ardor, fusurri, bombi, strepitus, con-
turbatio inexplicabilis, truculentæ rerum ima-
gines, terror, furor, Dilirium, & Vigilie con-
ci-

Citantur; in hoc inquam casu Pediluvium, potentiam frigidum, & actu calidum, suppetias affere potest; propterea quod Sanguinis motum Inferiora versus sollicitet; nec tamen cum magis accedit; & conturbat; sed potius est contra, refrigerat & sedat.

Sciendum enim est primò, in Corpore nostro, duos planè distinctos esse Sanguinis Magnos & Provinciales, Circulos; unum nempè per Arteriam Ascendentem in partes suprà Confitas; atque alterum per Descendentem, in subter sitas. Secundo, Quod rapidius, & pleniori fluento, Sanguis in Inferiorem provinciam irru; eò placidius; & minori rivo in oppositam superiorem influere necesse esse; & est contra. Atque hoc fundamento nititur rationalis doctrina de Revulsione Universali.

At verò hic summè notandum, quod in Febris mali, moris, quando Sanguis non violenter effervescit, & irruit; sed potius Cerebrum vix satis irrigat & vivificat; etiam & quando Spirituum inopia, abrupta series, ab invicem distractio, & dissipatio, Vigilias & Deliria parunt; in hoc, inquam, casu Pedum Lotio prorsus noxia esse deprehenditur; quia Circulum Inferiorem quo magis adauget; eodem dimenso Superiorem minuit; exindeque Cerebrum sanguine & Spiritibus defraudat.

Lotio Pforica.

R. Fol. Digital. M. iv. coq. in Aq. Calc. libij. ad libij. col. dissol. Sal. Tart. 3ij. m.

Ufus & Vires expectantur sub titulo Fotus Pforici.

Lotio Sulphurea.

R. Sulph. vivi pul. 3j. Sapon. nig. 3ij. ligata in pe-

petia suspend. in Aceti lib. per ix. dies : dein iu-
sum adhibeat, loca affecta bis in die abluen-
do, & confricando.

Ad Cutim detergendam; & materiem Macu-
larum foras extrahendam.

Masticatoria.

R. Pul. Rad. Pyreth. 3 ss. Mastich. 3 jj. Ol. Ga-
ryoph. Origani à gut. fij. Oxym. Scill. & Cere à
q. s. f. Pilæ justæ magnitudinis.

Conveniunt in Catarthalibus Capitis, & vici-
norum locorum Affectibus; item in Uvulae pro-
lapsu, Dentum doloribus. Licet non immedia-
te evacuant e Cerebro, quia tamen lympham
evacuant, & à Cerebro avertunt, secundariò
opem ferunt in Cephalalgia, Hemicrania, Apo-
plexia, Paralyfi, Lethargo, &c.

Sæpè etiam Sternutatoriorum vicarii sunt,
ubi ea minusuta sunt; & nihilominus seri ubi-
rioris evacuatio per Nares, aut loca vicina, im-
mediatè institui debet.

Mel. Passulatum.

R. Uvar. Pass. Malacens. à staminibus & acinis
mundat. libij. Uvar. Corinth. lot. libj. Jujub. libss.
Terantur in mortario. Coq. in Aq. Hord. q. s. f.
Expressio fortis, cui per subsidentiam depur. &
rursus col. adde Mellis despum. & Sacch. cry-
stal. à 3iv. Coq. lento igne, & reduc. ad Mellis
consistentiam.

Inter Pectoralia Incrastantia, & Demulcentia
præstantiora, locum habere meretur.

Mel. Passulatum juxta Mayerne.

R. Uvar. Passiarum libiv. Aquæ libxij. Macerent-
rur horas 24. Deinde coq. ad remanentiam ter-
tiae partis. Col. & colatura decoquatur ad Mellis
consistentiam.

Pass.